



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Opera bona quare exiguntur, & quid impetrant, si gratia totum facit. tit.
157

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

378 SVMMA DOCT. CHRIST.
tionis, sed CHRISTVS.

Tertiò, quod speramus præmium bonorum op-
rum, sicut dicit Paulus 1. ad Timot. 4. Bonum cer-
amen certauit, reposita est mihi corona iustitiae, &c.
& Psalm. 118. Inclinaui cor meum &c. Matthæi 19. &
25. Ioannis 5. Qui bona fecerunt &c. Rom. 2. Reddet
vnicuique iuxta opera sua, Matt. 5. Merces vestra &c.
Hæc omnia dicuntur propter promissionem satam
operibus, & non propter dignitatem operum, Ipsi.
Christus promittit præmium operibus, sed causa est
promittit, non est dignitas operum, sed gloriolapro-
missio sua. Ex sua promissione nobis debitor fit, non
propter operis operati dignitatem: ipse dicit, merce-
rit copiosa, &c. Sic pro ieiunio, Eleemosyna, oratio-
ne, & calice aquæ frigidæ, &c. Matt. 6. & 10. Christus
promittit præmium.

Quartò, opera bona media sunt, per quæ nobis di-
stribuit suam gratiam Christus, per quæ nos ducit in
possessionem vitæ æternæ, Matthæi 25. Sine igitur
medijs nemo particeps erit gratiæ Christi. Igitur sunt
maximè necessaria bona opera, id est, obedientia le-
gis, quam fides non abrogat, Roman. 3.

Christus & sua passio est precium & hostia, men-
tum & pecunia vel persolutio pro peccatis totius mæ-
di: opera nostra, media sunt, quibus distributionem
& participationem vñà cum fide acquirimus, appro-
priamus scilicet & retenemus, sine illis medijs no[n] ac-
quiritur participatio beneficij Christi.

*OPERA BONA QUARE EX-
guntur, & quid impetrant, si gratia to-
tum, facit.*

TITLV S CLVII.

Primo

R I M O, hoc immutabile manet, quod credimus nos gratia Domini nostri Iesu Christi saluari, Act. 15. Gal. 2. Non abiecito gratiam Christi, si enim per legem iustitia, &c. & Ioannis 14. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Est Christus causa & fundamentum nostrae salutis: in illo quiescit fides nostra. Exiguntur autem opera propter tria, ob obedientię Dei necessitatem, nam Deus praecepit illa iustificatis, cui necessè est obedire, Matthæi 5. Luceat lux vestra &c. ut videant opera vestra bona: Et Matthæi 19. Serua mandata, & tertio. Facite dignos fructus poenitentie: nam si secundum carnem vixerimus, moriemur, Romanor. 8. 1. Corinthiorum 6. Galat. 5. Ephes. 5. qui talia faciunt, &ceter. Secundò, ob dignitatem operum, quæ vocantur sacrificia Dei, quæ nos Deo immolamus. Hebræ. 13. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Sic crux, infirmitas, & opera cuiuscunque, secundum suam vocationem in omni statu sunt sacrificia. Item sunt signa, id est, Sacra menta diuinæ voluntatis, ut dum ego condono offendit proximo, certus sim, quod iam mihi donavit Christus peccata mea, Matthæi 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, &ceter. Et Matthæi 18. de seruo nequam, qui noluit condonare conseruo. Non meretur opus meum remissionem, sed Christus in me efficax est tunc, si ego dimiserò proximo. Tertiò, ob præmium promisum operibus. Promisit Deus operibus ingentia præmia, vt in Decalogo, Deuter. 28. Leuit. 26. Exod. 20. spiritualia & corporalia, ut est sanitas & prosperitas, augmentatio & conseruatio rerum temporalium, iuxta gradus laborum, 1. Corinth. 3. & 15. Differt stella à stella, propter has causas necessariò exigitur opera.

Secundò, opera tria impetrant. Primò mitigationem poenarum temporalium. Temporalium dico, sanguis

sanguis enim Christi ab æternis poenis nos libet.
Sic mitigavit iram Dei Niniutarum conuersio, Jo-
næ 3. vbi dicit textus: Et vidit Deus opera eorum, &
misertus est eis: sic oratio Dauid, 2. Regum 24. plan-
Deum in pestilentia: Sic eleemosyna regē Nabuch-
donosor, Dani. 4. sicut docuit eum Propheta: sic
Exod. 19. Leuit. 26. Deuter. 28. præceptorum obser-
uatio. Sic rex Ezechias prece ac fletibus impetravit
longiorem vitam: Sic rex Achab mutauit leuentem
amde se latam de comeditione carnium, 3. Regum 21.

Acto 12.
Rom 15.
2. Cor. 1.

2. Cor. 9.

Matth. 7.

Oratio Hierosolymitana liberat Petrum, Et Paulus
optat aut sperat se adiutum īri oratione aliorū. Sed
hanc mitigationem non ascribimus dignitatē ope-
rum, sed solum media sunt, per quae Christus ex sua
misericordia & Deus propter eius effusum sanguine
liberat, &c. Secundò, impetrat augmentationem be-
norum temporalium & conseruationem, Deu. 21. Si
audiēris vocem Domini Dei tui, tunc omnes illę be-
nedictiones apprehendent te, &c. Sic non deficit te
cythus olei, 3. Reg. 17. & hydria farinę, 4. Reg. 4, viela
rum pascientium prophetas. Sic potens est Deus on-
nem gratiam abundare facere in vobis, &c.

Tertiò, bona opera media sunt, quibus nos Deus
inducit & vocat ad possessionem vite æternæ, ad quā
elegit nos ante constitutionē mundi, Matth. 25. Ve-
nite & possidete regnum patris mei, &c. Multa alia
bona spiritualia & corporalia, impetrant bona ope-
ra. Et non iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis in
charitate suscepti, Heb. 6. Est autem operum promis-
sa merces tantum, non promerita effectiū. Opera
nostra ex propria dignitate nihil habent, sed solum
hoc, quod Deus grauita misericordia promittit &
donat. Nō sufficit dicere bis, Domine Domine, Mat-
7. Corde credo, ore confiteor. Sed oportet etiam adel-
le tertium, Domine, s. Facere verbum Dci. Ideo in-
quit Christus: Qui audit verbū meū, & facit, simili-

TITVLVS CLVIII. 381

viro, qui ædificat domum suam &c. Et Paulus Ro
mano. 10. postquam dixit, Corde creditur ad iustitiam,
et inquit: Non omnes obediunt Euangelio, &c.

AN D E U S E T I A M R E P U T E T
pro operibus bonis, quæ vel verbaliter aut
literaliter non precepit.

T I T V L V S CLVIII.

O T A Ndum primò, quod nullum opus
dari potest, quod non sit compræhen-
sum sub operibus præceptorum Deca-
logi: omnia enim illuc referri possunt,
et si non literaliter exprimantur, siue sit
canticus, organum, fistulae, peregrinationes, vestitus,
ieiunium, indulgentiae, feriae, delectus, ciborum &c.
Hec omnia ex fide & dilectione Christi, ad laudem &
gloriam sui nominis, non in finem iustificationis,
vnt. Nec incipimus ab illis operibus esse boni & iu-
sti, sed iam iustificati fide, illa facimus, & iustificatis
præcepit ut decalogum seruent, corpus castigent &
offerant, Rom. 12. ieiunent, orent, Matthæi 6. Sub istis
nam operib. & cæremonijs præcepta Dei seruamus.
Præcepta sunt nucleus, hæc testa, Matt. 23. Hæc opor-
ter facere, & illa non omittere.

Secundo, Nullū opus placere Deo, nisi quod Chri-
stus proprio ore vel scriptis præcepit, expressè falsum
di Nam cibus, potus, vestitus Ioannis baptistæ, non
aut præceptus illi, Matthæi 3. at nunquid displicuit
Deo? & eratne inane & frustraneum? Absit, alioqui
non fuisset commendatus à Christo, Matthæi 11. Sic
cibus Regis non fuit comedens à Daniele, cum omnis
literatura sanctificetur oratione & verbo, 1. Timoth. 4.
Nunquid frustra id fecit Daniel, aut cum displicen-
tia Dei? Absit, alioqui non dedisset ei Deus Spiritum
sapientiae, nec liberasset à camino ignis & lacu leo-
num, Daniel. 3. 6. & 14. Sic Iudith non manducat de
B B b cibo Ho-